

Cartulaire de l'Abbaye de Redon en Bretagne: [832–1124], Nr. 193

Noticia in quorum presentia pignoraverunt Gredcanham et Uuiuhoiam femina petiolam de terra nuncupante Botriualoe, sitam in plebe nuncupante Caroth, in loco nuncupante Ruminiac, Gretcanam, duas partes super solidos .VIII. et denarios .VI., et Uuiuhoiam tereiam partem super solidos .II., in _manibus Hinuueteni presbyteri et nepotis sui Trihuueteni clerici, usque ad caput .VII. annorum; et si tunc redimerint, redimant, et si tunc non redimerint, fiat iterurri ut supra usque ad caput aliorum .VII. annorum, hoc est .XIII. annorum; et si tunc redimerint, redimant, et si tunc non redimerint, fiat iterum ut supra usque ad caput trium .VII. annorum, hii sunt .XXI. annorum; et si tunc non redimerint, fiat ipsa terra in alode comparato ab ipso die, sine redempione, finem habens a fine porte alodis Hinuueteni presbyteri, a sinistra parte ad perarium, ad roborem, ad alium perarium, ut simul dividant et ligna et fructus eorum; a dextera parte usque ad villarem Driuuolou per semittam, hoc est, confinium inter terram Loieshoiarni et terram pignorantiae et confinium menehi Sancti Petri apostoli; et inde per fossellam usque ad terram pignorantia Louuian presbyteri, per viam publicam et per aliam viam usque ad alodem Hinuueteni presbyteri; et isti sunt fideiussores vel dilisidi pro Gretcanham: Iarnhoiam et Driduualtum; et pro Uuiuhoiam: Loieshoiarnnum. His presentibus actum fuit: Louianus, presbyter, testis; Diloid, testis; Uuincar, testis; Rithoiarnus, testis; Iunham, testis; Haelhoiarnus, testis; Loiesuuetenus; testis; Uuorhatoeu, testis; Hirdmarcocus, testis; Clotuuions, testis. Factum est hoc super ipsam terram pignorantiae, die sabbato, .XV. kal. februarii, regnante domno Karolo rege, vel Erispoe possidente Britanniam, et Deurhoiarno commite, et Rethuualatro episcopo; ego, Haeldetuuido, clericus, scripsi; Doithanu, testis.